



SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De midicis, & medicina. cap. lxiii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

- A angelus Domini ad Eliam, dicens, Descende cum deo ad regem.
Ne sponte declines aurem tuam in necessitate imbecillium.
Rogationem contribulati ne abiicias: & non auertas faciem tuam ab egeno.

Iob.
Eccli. 4.

*Quam fœdum est, & nos hac à vobis requirere, & vos non præbere!
Cum eo, à quo aliquid postulatur, metienda est postulatatio. Aequè enim absurdum est à
paruo magna postulare, & à magno parua. Illud enim importunum est: hoc præparci animi.
Supplicem admitte, cui calamitas opitulatur.*

Na.

De æqualitate: & quòd cuique pro merito tribuendum sit.

B

CAP. LXIII.



VM sancto sanctus eris: & cum viro innocente, innocens eris.

Psal. 17.

Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.

Luc. 20.

Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vecti-
gal, cui honorem honorem, cui timorem timorem.

Rom. 13.

*Certaminis arbiter non simpliciter ac temerè athletis, ad cuiusque arbitratum, eximios
honores impertit: Verum potius, pro eo ac quisque præclare se gessit, præmia distribuit.*

Philo.

Aequitas iustitiæ fons est.

Paria imparibus tribuere, summæ iniustitiæ est.

C

Nemini iniuriam inferre, verum æquitatem colere, firma potentia est.

Ios.

Quicquid æquitatis expers est, à charitate abhorret.

De medicis, & medicina.

CAP. LXIII.



OS ESTIS iniqui medici, & consolatores mali omnes.

Iob.

Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Al-
tissimus. A Deo est enim medela, & à rege accipiet donationem. Di-
sciplina medici exaltabit caput illius: & in conspectu magnatorum
collaudabitur. Da locum medico. Etenim illum Deus creauit. Qui

Eccli. 38.

D

delinquit in conspectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.

*Corporum medici subsidiis ad præcauendum morbum accommodatis sanos præmuniunt: Basil.
iis autem, qui iam morbo tenentur, manum non admovent.*

De pesti-

*Imperitus medicus ad ægrotos ingrediens, pro eo atque sanitati eos restituere debet, id
quoque paulum virium, quod ipsis reliquum est, adimit.*

feris mor-
bis loqui-
tur.

*Solertes medici, cum acerbissima quæque pharmaca ægrotis fastidio laborantibus hau-
rienda porrigunt, melle persæpe poculum circumlinunt.*

*Mea quidem sententia prisci medici non temerè nec citra rationem hoc sanxerunt, ut
Varia artis instrumenta palam proponerentur: Verum ut eos, qui incolumi valetudine
erant, cautiore redderent, ipsis videlicet ostendentes, quantis rebus opus habituri essent, si
intemperantiùs sese gessissent.*

Chryso.

E

*Perfectum medicum eum demum appellamus, qui nihil eorum, quæ ad utilitatem, at-
que ægrorum curationem attinent, prætermittit.*

*Probus medicus non vno eodemque die ea omnia simul, quæ ad valetudinem condu-
cunt, ægroto adhibere sustinet, quippe qui exploratum habeat hac ratione se plus ei detri-
menti, quam utilitatis allaturum: Verum partitis temporibus salutaria medicamenta tri-
buit, atque aliàs aliud adiiciens, sensim ac leniter in sanitatem eum asserit.*

Philo.

*De vestimentis: & quòd sumptuosius vestibus uti nec viri nec mulieres
debeant.*

CAP. LXV.

R